Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



&ꝓ ambitionem in regnum iudaeorum dicit̃ inru
pisse. Sed tamen ergo ut hoc fieret̃. & ut defecit dux
de femoribus iudae. aduenit ille cui erat regnum. Reg
num repositum, in quo quomodo gentes sperent euange
lii fides & ecclesiarum doctrina praedicatio. Reposita autem
dicunt̃ ea quae opportuno tempore proferendae r. sic
& xpi in finem seculorum aduenisse dic̃. Cum dic aptl.
ecce nunc tempus acceptum. scilicet. ad salutem gentib.
inferendam; sicut quis in omnib. cupiat cursum utriusq;
expositionis aperire. potest exorquere fortassis
ut & illam de xpo haec hoc modo uidentur intellegi.
quia deficit princeps ex iuda. id est hic qui post re
surrectionem eius ecclesiarum princeps ordinetur.
& dux de femoribus eius. Ducem quoque xpianorum
de femoribus xpi. hoc modo exponit; membra xpi ee
dic aptl fidelium populum sine dubio spiritalit̃ intellegenda;
Possunt ergo & femora eius spiritalit̃ intellectu indicare eos.
qui pro firmitate & constantia fortitudinis omne corpus
ecclesiae sustentare uidentur & ferre. uel quia humani semi
nis indicium solet in femorum appellatione figuraliter
dici; apud nos autem qui seminat. uerbum seminat; poterunt
ergo qui ministerium uerbi ecclesiae exhibent. de xpi fae
moribus intellegi duces. usque quo ueniant quae reposita s.